

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5224

Auteur(s) : Grégoire VII [pape]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1187, 7 novembre

Lieu d'émission : Ferrare

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Grégoire [VII] confirme les biens et les droits de l'abbaye de Savigny.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 287, p. 380-383.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2^eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 16037, t. 2, p. 530.

Dissertation critique

Datation et lieu d'émission proposés par J. Ramackers (voir RAMACKERS, p. 380).

Texte établi d'après a

Gregorius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis abbati monasterii de Sauigneio eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam etc. Eapropter etc. In primis siquidem statuente, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem monasterio noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: locum ipsum, qui uocatur Sauigneium, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, locum de sancto Alueo, grangiam de Fraisnosa, grangiam de Domna Petra, grangiam de Merreio cum nemore de Dompetra et omnibus pertinentiis suis, grangiam de Landeuico, Habitum Alberti cum molendinis et piscariis et aliis pertinentiis suis, terram de Iarzeio cum stagno et molendino et multa ad illud pertinente, decimam de Ualle Torta et pratum de Clesturn(o), terras, uineas et boscum de Monte Acuto et terram de Argenceio, uineas et terras, domos et torcularia de Siliaco, terram, uineas et torcularia de Laualle et quicquid habetis in episcopatu Cenomannensi, grangiam de Vallibus, grangiam de Faiel, grangiam de Louigneio, grangiam de Campo Florido cum omnibus pertinentiis earum, ecclesiam sancti Melanii super Vicenomam, ecclesiam de Oratorio et terras et homines et quecumque habetis in episcopatu Redonensi, grangiam de Escuris, grangiam de Vilers, grangiam de Lunda cum omnibus pertinentiis earum, terras, domos

et homines de Taun et terram de Estaruilla et de Camilleio et molendinum de Ver cum omnibus pertinentiis eorum, ecclesiam sancti Petri de Intramontes, ecclesiam de Vilers cum omnibus pertinentiis earum, modium unum frumenti ex dono Iordani Taissun, modium unum frumenti ex dono Roberti filii Petri et Petronille uxoris eius, terras et homines et molendina et quecumque habetis in episcopatu Baiocensi, grangiam de Campo Botri cum uineis et terris et omnibus pertinentiis suis, terras et homines de Vacuaualle et de Pasbran et de Verdun et de Tessues cum omnibus pertinentiis suis, grangiam de Maidreio, grangiam de Mundaigneo cum omnibus earum pertinentiis, ecclesiam de nouo burgo Moretonii, ecclesiam de Appentitio, ecclesiam sancti Martini de Bresceio, ecclesiam de Vireio, ecclesiam de Maidreio, ecclesiam de Molinis, ecclesiam de Veteri Sauigneio, ecclesiam de Logis, ecclesiam de Villacanis, ecclesiam de Campo Ceruorum, ecclesiam sancti Martini de Gasto, ecclesiam de Surdaualle, ecclesiam sancti Patricii de Celliolo cum decimis, terris et aliis pertinentiis earum, terras de Sauigneio et de Perdrieria et quecumque habetis in episcopatu Abrincensi, ecclesiam de Keteuilla, ecclesiam de Gouuilla, ecclesiam de Monte Martini, ecclesiam de Heodoin Maisnil cum decimis, terris et aliis earum pertinentiis et quecumque habetis in episcopatu Constantiensi, uiginti libras Andegauenses annui redditus in uilla Pontis Audomari, ex dono Isabel domine Meduane sexaginta solidos Andegauenses annui redditus in uilla Pontis Audomari, ex dono Roberti comitis Mellenti quadraginta solidos Andegauenses annui redditus in uicecomitatu Ebroicensi, ex dono Rogeri fratris comitis Mellenti ecclesiam de Beninctona cum decimis, terris et hominibus et aliis pertinentiis suis, terram de Dallinguis, terram de Gerzelaio cum omnibus pertinentiis earum et quecumque habetis in Anglia. Sane laborum ... extorquere presumat. Quod si a sede apostolica littere fuerint impetrate, quarum occasione quis a uobis decimas exigere uel aliud contra libertates seu priuilegia ab apostolica benignitate uobis indulta extorquere nitatur, eis minime teneamini respondere. Liceat quoque uobis clericos ... retinere. Quod si forte quiquam eos retinere presumpserint, liceat uobis in ipsos monachos uel conuersos uestros sententiam regularem ex nostra auctoritate proferre. Inhibemus etiam, ne terras etc. Adhuc insuper prohibemus, ne aliquis monachus uel conuersus etc. Licitum preterea uobis sit in causis propriis etc. Insuper etiam apostolica auctoritate sanccimus, ut nullus episcopus etc. Statuimus etiam et apostolica auctoritate sanccimus, ut, cum ecclesie uestre uacauerint, liceat etc. Prohibemus insuper, ne diocesano episcopo aut cuilibet alterius ordinis persone liceat uicarios etc. Porro si episcopus etc. Porro in recipienda professione etc. Quia uero interdum priorum episcoporum etc. Quod si sedes episcopalis etc. Auctoritate quoque apostolica interdicimus, ne quis uicinos etc. Quod si quis in aliquem de familia etc. Prohibemus insuper, ne aliqua ecclesiastica persona etc. Sanccimus quoque et apostolica auctoritate statuimus, ut, si qui Dei amore et deuotionis intuitu possessiones, fundos et predia siue res aliquas iuris sui monasterio uestro largiri uoluerint, nemini umquam liceat huius pie liberalitatis disturbare propositum nec ulla ecclesiastica secularisue persona quodlibet uobis super hoc opponat. Paci quoque etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. AMEN. AMEN. AMEN.

Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus ss.

† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.

† Ego Paulus Prenestinus episcopus ss.

† Ego Petrus de Bono presb. card. tit. sancte Susanne ss.

† Ego Laborans presb. card. sancte Marie trans Tiberim tit. Calixti ss.

† Ego Melior presb. card. sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.

† Ego Adelardus tit. sancti Marcelli presb. card. ss.